

## Pax Christi

Quid per hos dies accidit libro P. Francisci Soaris aduersus  
 serenissimum Britannia Regem non dubito quin iam perannunciu-  
 rumore R. vna accepit, et vero quoniam amat nos vt fratres -  
 et societatem vt communem matrem tulerit agerrime tam propter  
 rei grauitatem, tum propter bonum fratrem de Theologia et Ecclesia  
 vniuersa hactenus tam bene meritum commemorabo tamen ea qua  
 veniunt in mentem, partim vt quod sit exploratius sciat, partim vt  
 intelligat vnius hominis facto quantas in angustias coniecti fuerimus.  
 Nostra societatis aduersarij vt assidue sunt in speculis, ne qua  
 nobis incommodandi oportunitas elabatur, cum audissent per d. d. d.  
 libro nonnulla contineri, qua Gallorum animos grauitate possent  
 offendere, eam quam primam Parisios aduehendum curarunt, -  
 ceperantque mira contra auctorem, vniuersamque societatem pro  
 more in vulgus disseminare. Excerpta sunt etiam odiosissima  
 quaeque, et typis mandata, nullus vt ea non viderit nisi qui  
 videre noluit. Constitueraat D. Regni Cancellarius habita ratione  
 temporum, et negotiorum omnia in praesens suppressere, sed aliter  
 visum curiae parliamenti sparsis iam rumoribus exarsibata. Quare  
 nonnullos e suo ordine designat qui librum curiosius euoluant,  
 deinde de eo referant ad senatum. Interea retradesere oblectus  
 iam triennio cicatrices, renouari omnes veteres contumelias  
 in societatem; factos nos esse in odium Regum et Regnorum  
 perniciem. A Iesuitis semper aliquid monstri in Galliam ex  
 intervallo emanare. Nihil audiri ex quo redituti sunt, praeter  
 Marianas Becanos Soares, et alia id genus ostenta. Videri  
 nostros inter se partitos prouincias vt vnam Galliam quasi ex  
 condito opprimant. Si tantisper silent in Gallia, occasionem  
 expectari. Si Rex pro concione commendatur, perplexi eos et  
 equivoce loqui, timeri Magistratum. Caeterum plane hanc esse  
 doctrinam Iesuiticam vt Reges liceat occidere qta duos proxime  
 esse sublato; tantam auctorum in varijs orbis partibus degentium  
 conspirationem sine Praepositi Generalis facultate auctoritate,  
 atque adeo totius ordinis assensione cogitari non posse. Ijs  
 itaque iuuentutem deinceps committendam non esse, aliqui totam



+

Galliam factionum, dissidiorumque, imo horridalium Regidorum -  
fractis mox imbuendam. Libro diligenter perlecto recognitoque in  
Senatu acta causa est per biduum tanta contentione, quanta vix ulla  
post hominum memoriam. Alij e Iudicibus resebant eum tanquã  
perniciosum ac detestabilem cremandum pro foribus nostris id est  
domus Professæ, Collegij et Novitiatus, et in præcipuis vrbis platejs.  
Alij interdicens nobis omni societatis functione. Neque  
defuit qui ditione Parisiensis Senatus Jesuitas proscriberet.  
Crimino actum erat de nobis, nisi prolata esset decretum Rdi  
Patris nostri Generalis contra Tyrannidum datum Romæ  
6<sup>o</sup> Julij idio, quo tam seruo et tam seuerè sancit ne ullo hæreticu  
tyrannidis Reges aut principes posse occidi sentiamus, nedum  
adstruamus scribendo. Eo demum perducta res est ut ex senatus  
consulto parrificis manu laceratus sit liber, et exustis ad  
scalas Palatii In oculis totius ciuitatis. Deinde & quatuor e  
nostris in curiam euocati sunt, iussique audire quam perniciosè  
sint eiusmodi Regnis <sup>regias</sup> scriptiones, quamque sedulo Magistratus  
providere rogatur, ne imbuatur opinionibus turbulentis. Placere  
decretum P. Generalis, sed moneri nos ad eum perhibeamus  
rogemusque ut illud renouet, et per vniuersam societatem curet  
promulgandum obseruandumque accuratè. Alioqui si quid talium  
scriptionum prodierit deinceps, curiam existimaturam illorum  
decretum esse, atque adeo in nos quasi in eiusdem familia  
alumnos ex legibus animaduersuram. Videat obsecro vra  
Ria quo in stata nunc sumus, imo quam non stemus, sed fortius  
versetur in lubrico. Nam si <sup>vel</sup> vnus in posterum tale quidpiam  
moliretur ecce nos rursus (et vereor ne perpetuum) extorres  
e Gallia. Quod quam gratam foret Hæreticis, qui perspirant  
ex quo in Galliam reuersi sumus quantum hæresis deferent,  
et deficiat in dies. O si tale quidpiam iterum narrisii possent  
quam cupide et obuijs manibus illud arripere, et quam  
gloriosè de Jesuitis triumpharent! Eritne igitur nostram

Aliquis, qui Hæreticis ultro offerat quod tam anxie quarunt?  
 qui arma suppediet hostibus fidei quibus nos fodiant? Ac si  
 eatenus vis mali insisteret, esset id quidem gravissimum  
 toti Gallia sed nobis ad patientia disciplinam & noxam  
 expiationem ferendam. Quis autem non videt nostra pietati  
 omnem per omnes provincias & regna authoritate  
 continuo detractum iri, cum non ab Hæreticis non a  
 Schismaticis sed a Catholicis <sup>nos</sup> eiectione audient, neque ob  
 defensionem fidei sed (si Deo placeat) regidij. Hoc crimen  
 adeo horribile et execrandum est præsertim in Gallia  
 (mi pater) ut ad eius soram nostri pæne amicij etiam  
 in necessaria, iustaque Societatis defensione obmatere  
 cogantur. Quapropter pluribus non onerabo vestram  
 Reuerentiam præcipue cum satis superque advertat quanti  
 momenti sit hoc negotium, speremque fore ut nostris  
 omnino inhibeat ne taliquid in sua provincia a quoquam  
 in posterum edatur: Unam hoc addam, faciat obsecro  
 R<sup>ia</sup> v<sup>ra</sup> in nostri gratiam quod si ipsa esset loco nostro  
 a nobis fieri cuperet, nostrosque monere ne grauetur, ut  
 si sunt de se ipsis securi, de nobis propterea ne desinant  
 esse solliciti. Commendo me sanctis sacrificijs R<sup>ia</sup> v<sup>ra</sup>  
 Latitæ Parisiorum 29<sup>o</sup> Junij 1614.

J. v<sup>o</sup>

Socius in Christo.

Ignatius Armandus Praepositor  
 Domus Professa Societatis Jesu  
 Parisiensis

Ubi Sar legit v. 2. obsecro pro  
 grauitur transmittere ad R. B.  
 Provinciarum Praesulem Latitæ, ut  
 pro nobis nos de acceptis.



Honorando Patri in xpo S. Pro  
vinciali Provinciae Bobolanae  
Societatis Jesu.

Ubi ait.

